Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37150
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



161

Sermo bonus Bonauenture de corpore Christi

Confiteant dno misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum. Vincti in mendicitate et ferro. In hoc verbo dauid propheta exortatur nos ad gratiarum actiones, qui dicit: Confiteantur. Subiungit rationem dicit. Qui satiauit. Vnde quia multipliciter defecimus miserie. et multipliciter effecti diuine misericordie. Dicit enim hic quia homo erat, homo esuriebat, ipse in tenebris sedebat, in umbra mortis iacebat, vinctus in mendicitate, et vinctus ferro. Homo erat ipse, quia non habuit dominum in se per inhabitationem. esuriit, quia non habuit spiritualem refectionem. In tenebris sedebat, quia non habuit diuinam cognitionem. In umbra mortis iacuit, quia iudicatus erat in damnationem. Vinctus erat in mendicitate, quia non habuit virtuosam opinationem. Vinctus erat ferro, quia habuit cordis obstinationem. Confiteant dno etc. quia ipse repleuit animam inanem, satiauit esurientem. Illuminauit in tenebris sedentem, reconciliauit in umbra mortis iacentem, ditauit mendicantem, mollivit ferreum cor hominum. Ipse erat inanis et ipse se dedit ei per inhabitationem. Ipse esuriit et ipse se dedit ei per refectionem. In tenebris iacuit et ipse se dedit ei in cordis illuminationem. In umbra mortis iacebat et ipse se dedit ei in regaliatione oblationis. Ipse vinctus erat in mendicitate et ipse se dedit ei in virtuosam operationem. Vinctus erat ferro in corde obstinato et ipse se dedit ei in cordis mollificationem. Confiteant dno etc. Quia est repletio inanium, refectio esurientium. Lumen in tenebris sedentium, regaliatio in umbra mortis iacentium, ditatio mendicantium et ferreorum mollificatio cordium. Hec omnia tangunt in verbo proposito sic per. Et ideo ipse hic sepe sub tempore figure prefiguratus est corpus nostri in septuaris